



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

X. De ambitu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

fratres, aut familiares continuos commensales in eisdem literis etiam motu proprio concessis nominaverint, si re vera tales nepotes, aut fratres, vel familiares continui commensales non fuerint, necnon officiales premissi si eorum procurantes, seu permittores, excommunicationis sententiam, à qua non nisi per Romanorum Pontificem pro tempore existentem (articulo mortis excepto, ac de his satisfactioe pravia) absolvi possint, auctoritate Apostolica per presentes innotuimus, eosque excommunicationis sententiam huiusmodi in dictum emanantem exnunc, prout exnunc, & contra incurrisse declaramus, & pro talibus publicè iudicari mandamus: Ac ipsos officiales procurantes seu permittores huiusmodi, à suorum officium perceptione emolumentorum per continuam, ultra alias penas quos propterea incurrent, omnino suspendimus. Et nihilominus concessiones & gratias in eisdem literis contentas quasque, ipsasque literas hæcenus tam per Cæmaram, quam Cancellariam expeditas & expediendas, viribus omnino careat, eisque quos concernunt, & eorum singulis in aliquo suscipiari non potuisse, neque in futurum posse, sed omnino irreperitibus, invalidas & nullas fuisse, esse & fore, sicque per quoscunque Iudices, etiam sanctæ R. Ecclesiæ Cardinales, ac sacri Palatii Apostol. auditores in quacunque instantia, sub lata eis, & eorum cultibet quavis aliter interpretandi & iudicandi facultate, interpretari, & iudicari debere, ac irritum & inane quicquid secus super his quavis auctoritate, etiam per nos & successores nostros Romanos Pontifices, qui pro tempore fuerint, scienter vel ignoranter conigerit attentari, motu & scientia similibus decernimus & declaramus: Ac volumus quod mandatum, decretum, & declaratio nostra huiusmodi in Cancellaria Apostolica publicetur, & in illius libro describantur, ac perpetuis futuris temporibus observentur. Rom. 20. Febr. 1577.

Sixtus Quintus, ex bulla cænz Domini.

Excommunicantur adulterantes & falsificantes literas Apostolicas.

CAP. IV.

Excommunicamus & anathematizamus omnes falsarios literarum Apostolicarum, & in forma brevis, ac supplicationis gratiam vel iustitiam continentium, per Romanum Pontificem vel sanctæ Romanæ Ecclesiæ vicecancellarium, seu gerentes vicæ eorum, aut de mandato eiusdem Romani Pontificis signatorum, aut sub nomine eiusdem Romani Pontificis, seu vicecancellarii aut gerentium vices prædictorum, signantes supplicationes eadem. Extendentes constituti. facili recordationis Innocentii Papæ III. quæ incipit: Ad falsariarum. cum omnibus penis in ea contentis, ad falsificantes seu mutantis supplicationes per nos seu de mandato nostro signatas & datas, sine nostra aut Datarum nostri licentia.

TITVLVS X.

DE AMBITV.

Paulus Quartus.

Quo plus altiora & sanctiora sunt honorum insignia, eo mitius & modestius homines ambire decet. Pontificatus itaque electi inter amicos suos vacantem procurant, & suffragia venant, excommunicantur, & ab omnibus dignitatibus abdicantur.

CAP. I.

Quoniam secundum Apostolum, nemo debeat sibi honorem assumere, sed qui tanquam Aaron vocatur à Deo, facile ab omnibus iudicari potest, quam graviter excedant, erent, & peccent, qui tam inferiores quam superiores dignitates Ecclesiasticas, & ipsam demum beati Petri sedem, ac Apostolicæ dignitatis culmen & apicem à Deo optimo Maximo, à quo omnia bona procedunt, nulla priorum humana ope, nec cuiusvis au-

xilio, consilio, vel favore interveniente, provenire non arbitrantur, sed illas tanquam venales, aut alias in dispositione mortalium concessitas, diversis modis & medijs ambire & assequi, seu potius usurpare præsumunt.

Nam ut Romanæ & cuiuslibet alterius, tam ante, quam post Domini Dei & redemptoris nostri Iesu Christi in terris adventum, bene instituta reipublica de ambitu & contra ambitus reos sanctissime promulgatas, & inviolabiliter observatas leges, ad præsens omittamus, nonne huiusmodi detestabile ambitus scelus, etiam iure divino gravissime puniatur, cum Absalon, qui regnum genitoris sui adhuc viventis ambiebat, ex multo cui incederat elevatus, capillis capitis sui quercui suspensus remansit, & à loab tribus lanceis in corde transfixus fuit? Nonne illud sacrorum Conciliorum à sancta Dei Ecclesia recessitatur & punitur, cum quemcumque Presbyterum, aut diaconum, seu clericum, qui Papa incolumi, & eo inconsulto, subscriptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut pifciata promittere, seu sacramentum præbere tentaverit, aut aliquid suffragium polliceri, vel de hac causa privatis conventiculis factis aliquid deliberare & decernere præsumpserit, loci sui dignitate & communionem privandum, anathematisque pena plectendum censetur, & propter occultas fraudes, & conjunctionum huiusmodi secretas insidias, si quis harum actionum participes, consilio eorum, qui de Pontificatu agunt ambitu, ad notitiam Ecclesiæ deferat, & rationali probatione convincat, eum non solum ab omni culpa purgatum remanere, verum etiam remuneratione non indigna sublevari velit, & statuat, & exinde non modo sacrorum canonum, sed etiam secularium legum interpres peritissimus, ambientes Papatum, aut super eo Papa vivente, & inconsulto, tractantes, seu conventiculis facientes, crimen læsæ maiestatis in primo capite, & simoniacæ hæreses incurere decreverint non sine clara & aperta ratione, cum omni tractatus de loco, dignitate, & bonis aliquis viventis, eo non consentiente, ab utroque iure prohibeatur, & reproberur: præsertim cum inde præstiterint votum captandæ mortis, quod sacri canones & venerandæ leges passim abhorrent & detestantur. Accedit quod cum inter Pontificem & Ecclesiam contrahatur spirituale conjugium, quod fortius est carnali, gravissima pœnz ex utriusque juris censura imponuntur iis, qui constanti matrimonio, de alio conjuge tractare præsumunt. Quare cum peccatis ingentibus, plures indies beati Petri ledem, nobis viventibus & inconsultis, ambire, & conventiculis superinde facere dinoscantur, & ad hoc suffragia S. R. E. Cardinalium obtinere, & quodam modo subharrare procurant & fatigant.

Nos cupientes huiusmodi detestabile ambitus, & illi conjuncta simoniacæ hæreses, & læsæ maiestatis crimina, non solum nostris, sed etiam successorum nostrorum Romanorum Pontificum, pro tempore existentium temporibus perpetuo abolere, & non solum ex usu, sed etiam ex mentibus hominum, præsertim in electione Romani Pontificis, qui Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi in terris Vicarius existit, radicitus evellere, & in præmissis pro tanta rei necessitate, & periculi magnitudine, ut tenemus, salubriter providere, habita super hactenus venerabilibus fratribus nostris ipsius sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio & unanimi assensu, hac nostra perpetuo valitura constitutione, Apostolica auctoritate, & de nostra Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac privationis, & quavis alias sententias, censuras, & penas dudum à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, aut sacris Conciliis, seu sanctorum Patrum nostrorum decretis, statutis, capitulis, canonibus, constitutionibus, & ordinationibus contra sic ambientes quomodolibet

libet latas & promulgatas, approbamus & innovamus, ac perpetuo observari, & in viridi observantia, si forsitan in ea non sint, reponi & esse debere. Nec non quoscunque in praemissis, tam nostro, quam successorum nostrorum praedictorum tempore, publice vel occulte, aut aliis quomodolibet delinquentes, cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, & praesentia existant, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia majori Ecclesiastica dignitate, seu Cardinalatus honore, vel mundana, etiam Ducali, Regali, Reginali, aut Imperiali auctoritate seu excellentia praefulgeant, & eorum quemlibet sententias, censuras, & poenas praedictas incurere volumus atque decernimus. Et nihilominus considerantes dignum esse, ut quos Dei timor a malo non revocat, Ecclesiasticae saltem coereat feritas disciplina, de similibus consilio, & assensu, ac auctoritate, & plenitudine potestatis volumus, & declarando statimus, ordinamus & decernimus, quod sententias, censuras, & poenas praedictas in suo robore & efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus, omnes & singuli, tam clerici, quam utriusque sexus laici, qui per se vel alios, nobis viventibus & inconsultis, verbis vel scriptis, aut nunciis, cum aliquo defuturo Pontifice eligendo, haecenus tractarunt, vel tentarunt, seu in posterum, Romano Pontifice vivente & inconsulto tractabunt, vel tentabunt, etiam si, ut praefertur, qualificati, & dignitate, honore, & auctoritate, & excellentia praedictis praediti existant, sint ipso jure & facto, abique alia defuturo ferenda sententia, excommunicati excommunicatione majori, & maledictione aeterna damnati, & ab excommunicatione & maledictione hujusmodi per alium, quam per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, praeterquam in mortis articulo, absolvi non possint, incurrerintque, & incurrant respectivè excommunicationem, & latae majestatis in primo capite, ac privationem omnis, etiam Episcopalis, Archiepiscopalis, & Patriarchalis, ac cujusvis alterius majoris, vel minoris dignitatis, ac Cardinalatus honoris, nec non Ducalis, Regalis, Reginalis, & Imperialis auctoritatis & excellentiae, ac omnium & singularum Ecclesiarum cathedralium, etiam metropolit. & Patriarchalium, monasteriorum quoque ac prioratuum, aliorumque beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum cum cura & sine cura, secularium, cesteantque voce activa & passiva, ac effecti sint, & efficiantur respectivè perpetuo inhabiles & incapaces omnium dignitatum, honorum, honorum, jurium, & legitimorum actuum, perpetuèque infamia ubique gentium sint notati, & notentur respectivè, nec infamia hujusmodi ab eis aboleri, necque ipsi ullo inquam tempore ad vocem, dignitates, honores, bona, iura, & actus hujusmodi, nisi ex speciali verbo, & mandato nostro, seu Romani Pontificis pro tempore existentis, nostra, seu illius manu propria subscripto, ac specifica & individua reatus & culpa suae qualitate expressa restitui possint. Quodque similes sententias, censuras & poenas respectivè incurrerint & incurrant ipso jure & facto, ac sine alicujus sententia prolatione, omnes & singuli, etiam ut praemittitur, qualificati, & dignitatibus hujusmodi praediti, cujusvis sexus & ordinis existant, qui per se vel alium, seu alios a die nostra ad summi Apostolatus apicem assumptionis usque in hanc diem, in praemissis, aut eorum aliquo, quodvis auxilium, consilium vel favorem, seu operam, verbis vel scriptis, aut re vel facto, seu promissione, pollicitatione, suasionem, vel his omnibus in simul, aut quovis alio modo directè vel indirectè, vel incidentaliter praestiterunt, seu in futurum quovis etiam successorum nostrorum Romanorum Pontificum tempore praestabunt, aut in praemissis mediatores proxenetæ, nuntii, mandatarii, procuratores, seu trapezites fuerunt, vel in posterum, ut praefertur, erunt, seu alias in praemissis quovis modo intrinsece vel immanificerunt, seu in posterum etiam tempore successorum

hujusmodi habebunt, nisi ea nobis, aut successoribus nostris, quorum tempore id contingeret, vel aliter, cui de nos vel successores praedictos commissum fuerit, per se vel alium seu alios, cum primam commisso de praemissis revelaverint, etiam si in praemissis aliquid aliud auxiliium, consilium, vel favorem, aut operam non praestiterint. Nos enim iis qui praemissa revelaverint, etiam si complices fuerint, non solum veniam, sed etiam gratiam in praemia pollicemur, prout etiam successores nostrorum praedictos facturos esse confidimus, ad hoc ut eorum praedicti participes tantum criminis valeant coereri. Et si quibus unquam etiam dictorum successorum nostrorum tempore praesentes literas, & in eis contenta quae supra scripta sunt, iusta, illicita, vel iniqua existerent, aut in toto, vel in parte non valere, seu aliquo tempore non valitura esse, vel a nobis sic fieri non potuisse, aut non debuissent, aut memorario asserere praesumpserint, cujusvis dignitatis existant, etiam si Cardinalatus honore, aut Regia, vel Imperiali praesentia & excellentia praefulgeant, ipso jure & facto anathematis mureone percussus sit, & contra eum, inquam verè schismaticum & haeticum inquiri, & iniquam talis puniri, ejusque memoria damnari possit. Rom. 17. Cal. Jan. 1535.

Pius V.

*Judicio electioni non opes aut favores, sed veritas etiam suffragari debent, nec ad officia admittuntur qui omnino non sunt, & prope mercantur, quod dignitatem praefertur aliquant.*

CAP. II.

**E**T si Rom. Pontificis continua, indefessaque meditatio circa subditorum suorum commodum & utilitatem continè implicatur, ac quis, quos ut dilectissime diligit, obesse posse credit, de medio tolli negotiorum tamen multitudine pressis singula in dies suscipi, considerans illorum executionem, etiam si dicitur disponit, ut & negotia ipsa saluberrime dirigantur, ac ipsi libertati paulatim sui in eos amoris cognoscant indicia. Sine licet alias ne ordo justitiae perturbetur, & ex certa ratione inibi expressis causis per civiles constitutiones salubriter fuerit statutum, ut iudices, & alii iustitiae administratores sine quoquo suffragio fieri debeant, gravissimum tamen injunctis poenis, qui praemissam constitutionem transgrediantur, quod modo fuissent: acceptimus tamen nos, non sine animi nostri dispensatione, nonnullos pro communi quibusdam officiis & dignitatibus, jurisdiictionis exercitium habentibus, pecunias & alias res solvere & percipere aliquibus Curialibus, quorum intercessionibus favoribus talia officia & dignitates obtinent. Etenim nos, pro nostra pastoralis officii debito praemissa constitutionibus oculis pertransire nequeentes, omnino adhiberemus diligentiam, ut tam ambrosios hujusmodi, quam pecuniarum hujusmodi receptores & stipulatores, non publicè quam secretè reperirentur, nihilominus etiam nihil certi explicari haecenus potuimus.

Cupientes igitur praemissis modum aliquem imponere, ac eos, quos civilium poenarum timor & similitudo non coercent, per canonicas sanctiones auctoritate Apostolica omnino detererere, & avacitè hujusmodi poenae juri & justitiae hujusmodi tam obnoxium de medio tollere, constitutionis civilis, ac poenarum pro illis statutarum tenorem & formam praesentibus pro expressis habentes, motu simili, &c. & ex certa nostra scientia, de Apostolica pietatis plenitudine, omnes & singulas leges, constitutiones, statuta, & decreta contra delinquentes hujusmodi, tam a iure civili, quam a sacrosanctis nonibus facta, ac in illis contenta, punitiones, & poenas quascunque in tales inlicitas harum serie innovatas easque item robur, eandemque vim obtinere volumus, atque statuimus, quod, & quam habuissent de habere, si haecenus ad anguem observata fuissent, vel a nobis per praesentes emanarent. Insuper quoque, ut certum sit

CAP. III.

penarum multiplicatio stabilior efficiatur, hac nota perpetuo valitura constitutione, quamque vim legis, etiam in violabilibus habere facimus, legibus, constitutionibus, statutis, & decretis predictis praeiudicium non inferendo, quinimo illis addendo, decernimus & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus nemini cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis fuerit, licet mediante pecunia vel solutione, & traditione, ac promissione aliarum rerum, etiam per interpositas personas, aut alias quovis modo facientibus, aliquas dignitates & officia, exercitium & administrationem jurisdictionis habentia, procurare, assequi, vel obtinere, ac si quis in his presentibus contravenisse quoquo modo dicitur aut conseri poterit, ipsum contravenientem eo ipso confiscationis omnium bonorum, degradationis, & amissionis, tam privilegii doctoratus, quam quorumcunque per eum obtentorum officiorum, tam secularium quam Ecclesiasticorum, ac demum ultimi supplicii poenas irreversibiliter incurrere volumus. Ceterum, ut fraudibus, quae circa praemissa exoriri possent, facilius occurratur, parimodo statimus, quod ubicunque & quandoocunque compertum fuerit, per interpositam personam aliquas pecunias, seu alias res traditas seu promissas fuisse alicui Curiali familiarum, vel cuiuscunque alteri personae pro officio & dignitatibus, jurisdictionis administrationem habentibus, is qui officium huiusmodi obtinuerit se a praemissis, attentata interpositione personae huiusmodi, nullatenus excusare queat: quinimo nulla admissa ignorantiae excusatione ipso iure praesumatur solutionem & promissionem huiusmodi de eorum qui officia & dignitates similia obtinuerunt consensu & mandato penitus esse facta, iidemque propterea poenis subjacere omnino intelligatur. Postremo ne ii qui in praeteritum talia officia, seu dignitates solutionibus seu promissionibus mediatis impetraverint, credant se per praesentes absolutos esse, eidem mentis scientia & potestate plenitudine perpetuo declaramus, eos poenas in tales a iure communi inflictas incurrisse, & contra eos ad poenam huiusmodi prosecutionem procedi posse. Eos vero qui similibus mediis aliqua officia & dignitates, similitur jurisdictionis administrationem habentia, obtinent, si in futurum quippiam unquam vigore praecedentium promissionum in assecutione officii huiusmodi facturum solverint, ipso iure & facto poenas in hac nostra constitutione contentas incurrere, praesentesque nostras, tam eos qui in futurum officia similia & dignitates solutionibus & promissionibus praecedentibus obtinebunt, quam eos qui iam obtinuerunt, si in futurum aliquid manutentionis in eis, aut alia causa solverint, ligare volumus. Decernentes contra praemissa quodvis pactum, etiam iuramento vallatum, ac instrumenta, & alias forsan desuper editas scripturas minime in causa esse posse, quo minus solvere habentes, si pro praemissis solverint, poenas praesentibus contentas incurant. Nos enim pacta, conventiones, promissiones, & scriptas, ac alia quaecunque, quomodolibet, ut praesertim, in ista exinde cassimus, irritamus, & annullamus, eosque a iuramento, & aliis nexibus predictis absolvimus, nec non praesentes, & desuper forsan faciendas literas perpetuis futuris temporibus dare, ac omnes & singulos a data praesentium irreversibiliter ligare volumus, illasque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae vel quopiam alio defectu notari, aut sub quibusvis revocationibus & derogationibus comprehendi nullatenus posse, sicque per quoscunque iudices, &c. & causarum palatii Apostolici auditores, ac sanctae Rom. Ecclesiae Card. sub lata, &c. iudicari debere, irritum quoque, &c. decernimus.

Idem.

*Paup. iure civili in ambitu reus sanctae confirmatur & extenditur ad recipientes pecunias & mediatos.*

Cum nuper, ne ordo iustitiae perverteretur, & ex certis aliis causis animum nostrum moventibus, fuerint confirmatae omnes & singulae leges, constitutiones, statuta, & decreta contra ambientes officia, jurisdictionis administrationem habentia, ea quae pretio seu promissionibus acquiruntur, tam a iure civili quam a sacris canonibus facta, ac in illis contenta, punitiones & poenas quascunque in tales inflictas innovaverimus, easque eidem robur, eandemque vim obtinere voluerimus, atque statuerimus, quod, & quam habuissent & haberent, si haec us ad unguem observata fuissent, vel a nobis emanassent: Insuperque, ut earum usus penarum multiplicatione stabilior efficiatur, per nostram constitutionem perpetuo valituram, quam vim legis etiam in violabilibus habere volumus, decreverimus inter cetera, quod perpetuis futuris temporibus nemini cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis fuerit, licet mediante pecunia, vel solutione, & traditione, ac promissione aliarum rerum, etiam per interpositas personas, aut alias quovis modo facientibus, aliquas dignitates & officia, exercitium & administrationem jurisdictionis habentia, procurare, assequi, vel obtinere sub gravissimis poenis in dicta nostra constitutione, quam hic de verbo ad verbum pro expressa haberi volumus & mandamus, expressis: Attendentesque quod forte probabiliter dubitari contingat, an dicta nostra constitutio comprehendat recipientes huiusmodi pecunias ac res, ac promissiones sibi factas stipulantes, ut officia praedicta exercitium a jurisdictionis administrationem habentia consecuti faciant, ac mediatores, & interpositas personas: Propterea nos moru simili, & ex certa scientia, & de potestate plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione declaramus, & quatenus opus sit, addendo praedicta nostrae constitutioni decernimus, quod dicta nostra constitutio, ac omnes & singulae poenas in ea expressae, perinde ligent & afficiant omnes & quoscunque, cuiusvis dignitatis existant, qui pro huiusmodi officii jurisdictionis administrationem habentibus conferendis, ac mediatores & interpositas personas quascunque pecunias & alias res, ut supra, receperint, ac si praedicti in dicta nostra constitutione comprehensi essent, & de illis in ea expressa mentio facta esset. Praesentes perpetuo durare ac omnes irreversibiliter ligare volumus & decernimus.

TITVLVS XI.  
DE SIMONIACIS, ET NE QUID DETUR  
vel exigatur.

Gregorius XI.

*Provisiones beneficiorum vacantibus nihil detur aut provisor.*

CAP. I.

Sollicitè debet vitari, quod noxium esse dignoscitur, & ex cupiditatis aviditate, etiam in honoris Apostolicae sedis depressionem, ortum habere videtur. Sane nuper ad nostrum pervenit auditum, quod nonnulli inhonesta lucra quærentes, dum per sedem praedictam de personis aliquorum apud sedem constitutis eandem, Patriarchalibus, Metropolitanis, & aliis cathedralibus Ecclesiae, sive monasteriis vacantibus providetur, vel personae ipsae ad huiusmodi, per dictam sedem de aliis Ecclesiis transferuntur, aut alias ipsorum gubernationi committuntur, huiusmodi provisiones, translationes, commendas, sive commissiones, praedictis personis sic apud sedem praedictam constitutis, ut aliquod munus ab ipsis recipiant, denunciare festinant. Nos igitur in praemissis (prout ex debito tenemur pastoralis officii) providere volentes, universis & singulis personis Ecclesiasticis,